DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM DE VENIÆ ÆTATIS PETITIONE,

Ad

L. omnes 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.

DIVINA AUXILIANTE GRATIA,

Permiſſu ac authoritate Magnifici, Nobiliſſimi & Ampliſſimi in Alma Salanâ JCtorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Ampliſſimi, Conſultiſſimi atque Excellentiſſimi

DN. ERASMI UNGEPAUR,

JCTI LONGE CELEBRATISSIMI, CONSILIARII Saxonici graviſſimi, Facultatis Juridicæ Senioris meritiſſimi, Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſoris ſpectatiſſimi & honoratiſſimi, Præceptoris, Patroni & Promotoris ſui omni, quo par eſt, obſervantiæ cultu ætatem devenerandi,

In Auditorio JCtorum ad diem Jan. horis matutinis

Publicè ventilandam proponit

SIGISMUNDUS Finckeller/

DRESD-MISN.

Pomp. l. 20. ff. de fideicom Libert.

Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere.

TYPIS STEINMANNI, M. DC. XXXIIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DISPUTATIO
ad
L. omnes 2. C. de his, qui veniam ætat. impetr.

Imp. Conſtantinus A. ad Verinum Præf. præt.

OMNES adoleſcentes, qui honeſtate morum præditi paternam frugem, vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, & ſuper hoc imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare audeant, cùm viceſimi anni metas impleverint: ita ut poſt impetratam ætatis veniam iidem ipſi per ſe principale beneficium allegantes, non ſolùm per ſcripturam annorum numerum probent, ſed etiam, teſtibus idoneis advocatis, morum ſuorum inſtituta, probitatemque animi, & teſtimonium vitæ honeſtioris edoceant. 1. §. Fœminas quoque, quas morum honeſtas, mentisq; ſolertia commendat, cùm octavum & decimum annum egresſæ fuerint, veniam ætatis impetrare ſancimus. Sed eas, propter pudorem ac verecundiam fœminarum, cœtui publico demonſtrari non cogimus: ſed perceptâ ætatis veniâ, annos tantùm ætatis probari poſſe, teſtibus quinque vel inſtrumentis, miſſo procuratore, concedimus: ut ipſæ etiam in omnibus negotiis tale jus habeant, quale & mares habere præſcripſimus: ita tamen, ut prædia ſine decreto non alienent. 2. §. Sed Senatores quidem

clariſſimi viri in hac regia urbe commorantes apud ſublimitatem tuam: cæteri verò, apud prætorem, in provinciis autem omnes apud earum rectores de ſuis moribus & honeſtate perdoceant. 3. §. Hi verò, qui contra memoratã diſpoſitionem veniam ætatis à principali clementia impetraverint, ſciant eam nullas vires obtinere. Dat III. Kal. Jul. Romæ, Criſpo II. & Conſtantino Cæſ. II. Conſſ.

THESES.

1. NObiliſſimæ atque elegantiſſimæ hujus Legis autor eſt *Imper. Conſtantinus*, qui venerandâ Chriſtianorum fide Romanum munivit imperium.

l. Divi. 5. in princ. C. d. natural. liber.

De eo ſcribit

Polydor. Vergil. lib. 2. Hiſtor. Anglic. pag. 45.

quòd per pietatem, per veram religionem, per ſummam liberalitatem, per juſtitiam apud Deum, vitam æternam: in terris autem decus immortale aſſecutus ſit. Et paulò pòſt: *Fuit Conſtantinus*, inquit, *homo factus ad unguem, quippe in quo poſt hominum memoriam maxima animi, corporisq; virtutes extiterunt, militaris artis cum primis ſciens, in bello felix, juſtitiæ amator, & denique ad laudem natus.*

2. Alii autem Conſtantinum primo imperii tempore præſtantiſſimum dictum eſſe referunt, medio latronem, poſtremò propter immodicas largitiones pupillum ſeu prodigum.

Jacob. Labitt. in Indicib. jur. var. pag. 212.

3. Hinc donationem Conſtantini quidam ortam volunt, quam tamen confictam eſſe exiſtimamus, propter rationes & argumenta, quæ ſuppeditant

Baldus (quem dicit omnia ſcire Rom. ſingul. ſcire ſta 375.) ad rubr. Conſtit. Hæ, quæ n. ult. d. Nov. Cod. fac. Æneas Sylv. in dialog. d. Donat. Conſtant. Dantes Aligher. lib. 3.

lib 3.d.Monarch. Alberic. Gentil. lib. 3.d.jur. bell.c.15. Henning. Arniſ.d.Poteſt. tempor. Pontif.c.6. Ampliß. atq; Excellentiß. Dn. Præſes in Exercit. Juſtin.1. quæſt.4. Aſſ.10. & plures alii.

De eâ divus Lutherus ita ſcribit: Mich verdreuſt/ daß wir ſolche vnverſchämpte/grobe/tolle Lügen müſſen im geiſtlichen Recht leſen vnd lehren/ dazu für Chriſtliche Lehre halten / ſo es doch teuffeliſche Lügen ſind/welcher Art auch iſt die vngehörte Lügen de donatione Conſtantini. Es muß ein ſonder Plag von Gott geweſen ſeyn/ daß ſo viel verſtändige Leut ſich haben laſſen bereden/ſolche Lügen auffzunehmen/ſo ſie doch ſo gar grob vnd vnbehend ſind / daß mich dünckt/ es ſolte ein trunckener Bawer behender vnd geſchickter lügen können.

Tom.1. Jenenſ. Germ. tit. An den Chriſtlichen Adel teutſcher *nation pag.300. fac.6.*

Dicitur autem Conſtantinus A. h.e. Auguſtus, quod nomen Senatus primùm tribuit Octavio, propter ejus ſucceſſum, & felicitatem in rebus gerendis: & deſcendit vel ab augendo, ût putat 4.

Claud. David in Velit. legal. ad Rub. proœm. Inſtitution. n.7. inf.

Vel ab augurio, quòd Impp. divinitùs & auſpicatò ſint electi.

Weſenbec. ad d. rub. voc. Auguſt.

Præterea hæc lex ſcripta eſt ad Verinum. Verini etiam fit mentio 5.

in rub. l. nihil arbitramur 20. C. d. procurat.

qui Syriæ fuit præſes: & alterius, qui appellatur Africæ vicarius

in rub. l. unic. C. de his, qui parent. vel liber. occid.

Noſter autem fuit Præfectus prætorio. Hujus magiſtratus 6.
origo ea eſt, quòd ad vicem magiſtri equitum ſit inſtitutus. Nam cùm apud veteres Dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui adſociati principali curæ militiæ gratiâ, ſecundum poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipub. ad Imperatores perpetuos translatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi ſunt.

L. unic. in pr. d. offic. præf. prætor.

 Et

7. Et quidem initio creabantur ex equeſtri ordine:

Sveton. in Tito.

Poſtea verò *Alexander Imper.* ne non ſenator de ſenatore judicaret, ex ſenatoribus omnes præfectos prætorio eſſe voluit, *teſte Lamprid. in ejus vita.*

Tandem Heliogabalus ad præfecturam prætorii etiam ſaltatorem, qui hiſtrionicam Romæ fecerat, adſcivit.

Idem Lamprid. in vita Heliogab.

8. Creatum autem præfectum prætorio princeps parazonio accingebat. Unde Trajanus ſuo præf. præt. nudum porrexit gladium, dicens: *Hunc enſem accipe, quem pro me ita demum ſtrinxeris, ſi juſtè imperavero: quòd ſi perperam quicquam per me fieri cognoveris, eo in perniciem meam utaris, velim.*

Dion. in Ulpio Trajan.

9. Officium præfectorum initio tantùm erat, principis prætorio, *h.e.* aulæ, militibusq; prætorianis, illam cuſtodientibus, præeſſe

d.l.unic.in f.pr.ibiq; Duaren. c.1. & Weſenbec. in ꝛ. *Feneſtell.lib.2.c.22. & Guid. Pancirol. in Com.in Notit. dignit.utriusque Imp. &c. c.5.*

Verùm poſtea adeò authoritas horum crevit, ut ſummam obtinerent & omnium judiciorum poteſtatem, omniumque honorum apicem:

Ammian.Marcellin.lib.21.

Et poteſtate nulla dignitas huic æqualis eſſet.

Caßiodor. lib.6. in form. præfecturæ prætor.

10. Hinc etiam Præfecti prætorio titulo ſublimitatis,

h,n l.§.Sed Senatores 2.l.actuarios 7.ibiq; gloß.in verbis; ſublimitas tua. C.d.Numerariis, actuariis &c. lib.12. l.9, C.Theod.d.curſ.publ.Pancirol.d.loc.

Celſitudinis,

l.ult.C.de Numerariis, actuar. &c.

Et divinitatis honorabantur. Scribentes enim ad eos Principes in fine ſubjiciebant: *Divinitas te ſervet per multos annos, parens cariſſime.*

Pan-

Pancirol.d.c.5.ubi allegat Novell. Valentin. tit.1.

Plura, quæ ad illuſtrationem hujus præfecturæ faciunt, deſumi poterunt,

ex Pancirol. d.loc. Bud. & Coraſ. ad tit. d.off. præf. præt. Laz.com.reipub.Rom.lib.1.& 2.Job.Roſ.lib.7. Antiq. Roman.c.33.& Georg. Eberlin: Comm. ad tit. d.Orig.jur.c.16.n.18. & ſeqq.

Denique hæc noſtra conſtitutio ſancita eſt *3. Kal. Jul. Romæ, Criſpo II. & Conſtantino Cæſ. II. Coſſ.* 11.

Roma dicitur regia urbs, 12.

h.n.l.§.ſed Senatores 2.& l. cum anterioribus. 5.§.2.C.d. tempor.& reparat.appell.l.arrogationes 6.C.d.adoption. l.ſecundum 32.C.d.donat.l.decem.11.C.de metat.& epid. lib.12. fortè quia Reges eam conſtituerunt Romulus & Numa, ille quidem civitatem ædificans, hic autem eam legibus ornans & exornans, ut loquitur Imper.in Novell.Ut præponatur nomẽ Imperatoris & c.47.in præfat.

Æterna, 13.

L.1.C.de ſuariis & ſuſceptor. lib.11. l.hac lege 10.in f.C.d. metat.& epid.lib.12.l.unic.C.d.privileg. corporat. lib.11. quia nunquam imperium deſiturum Romani putabant, unde apud Maronem Juppiter:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono;
Imperium ſine fide dedi.

Quos eo nomine reprehendit Franciſc. Juretus in Not. ad lib.3.Epiſt. Symm.55. & Conrad. Rittersh. in Trajan. ad Epiſt.42.& in Not.ad lib.1.Güntheri c.4.verſ.486.n.21.

Communis patria, & domicilium orbis terrarum.

l.Roma 33.ad Municip. & Cornel.Nepos in vit. Attic.

Criſpus autem & Conſtantinus Conſules, fuerunt *Conſtantini Magni* filii. Illum ſuſcepit ex *Minerviâ*, hunc verò ex *Fauſtâ*, Maximiani Herculei Imper. filiâ. Utrumq; Cæſarem creatum fuiſſe, conſtat ex *Faſtis Conſul. Joh.Glandorp. in Onomaſt. Rom.* & Chronologiâ *Joh. Funccii.* 14

Cæſaris verò vox non ſolùm Imperatoribus, qui reipsâ impe- 15.

imperant, tribuitur, propter G. Julium Cæſarem.

Novell. d. Proconſ. Cappadocia 30. in præfat.

Verùm etiam ſucceſſoribus Imperii,

L. nemo 5. & l. etſi 7. C. d. Malefic. & mathem. Polyd. Vergil. lib. 2. Hiſtor. Anglic. p. 44. ubi Cæſarum, inquit, declaratio erat, non imperii dignitas, ſed quæ gradum ad imperium faceret, ut velut per manus ab eo, qui Auguſtus & Imperat. fuiſſet, Cæſares imperii regimen acciperent.

16. Qui olim appellabantur *Principes juventutis*,

Tacit. 1. Annal.

Nobiliſsimi Cæſares:

Johan. Roſin. lib. 7. Antiq. Rom. c. 13.

Et *nobiles pueri*,

L. nemo 14. C. d. relig. & ſumpt. fun.

Nunc in Germania dicuntur *Reges Romanorum*, in Gallia *Delphini*, in Hiſpania *Infantes regni*.

Petr. Rebuff. in tract. Concordat. rubr. de Regia ad prælaturas nominat faciend. verb. Delphinatus pag. 122. & Gothofred. in not. ad d. l. etſi 7.

17. Imperator autem & Cæſar etiam ex habitu & ornatu discriminabantur, quòd ille diademate & purpurâ: hic verò ſolâ purpurâ gaudebat.

Joh. Ludov. de la Cerda in Not. ad 2. Georg.

18. Cæterum in explicatione præſentis Legis, de ſeptem circumſtantiis, quæ ſequenti verſiculo ſunt incluſæ:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, ordine tractabimus.

CIRCUMSTANTIA I.

Quis poſſit veniam ætatis petere?

19. DE hac prima circumſtantia agit *Conſtantinus in princ. & § 1. h. l.* poteſtatemque impetrandi veniam ætatis concedit Adoleſcentibus. Sive adoleſcens per o, ſive aduleſcens per

per u, in ſecundâ ſyllabâ ſcribatur, in eo opes Græciæ ſitæ non ſunt. Prior tamen ſcriptura nobis magis probatur, quia adoleſco, compoſitum verbum eſt, ex præpoſitione, ad, & verbo, oleſco, quod creſcere ſignificat.

Juſt.Lipſ.d.Orthograph.voc.Adoleſcens,ibiq; Vir Clariſſ. Dn.M. Dilherꝛ *Profes.in inclytâ hac Academ. celeberrimus, & Freig. in Not.ad Philip.1. Cic.ad verba: Quid eſt aliud hortari adoleſcentes. Quòd verò aliter reperitur ſcriptum in antiquis libris,id culpâ factũ eſt vel temporum,vel librariorum. Scribebant enim ſæpè o,pro u, & u,pro o.*

Adoleſcens autem dicitur, qui pubertatem eſt egreſſus. 20.

l.Aurelio 20.§.Gajus 1.de liberat.leg.§. item inviti 2.Inſt. d.Curat.princ.tit.Inſt.Quib.mod.tutel.fin.l.1.§.ult.d.Minor.25.ann.& l.fin. C.quand.tut. vel curat.eſſe deſin.

Et differt à Juvene. Juvenis enim exiſtimatur is,qui adoleſcentis exceſſit ætatẽ, quoad incipiat inter ſeniores numerari. 21.

l.non aliter 69.§.1.in fin.d.Leg. & fideicom.3.

Aliquando tamen hæ voces inter ſe confunduntur. 22.

Rubr.proœm.junct.§.ſed non uſq; 3.Inſt. d.Legat.

Per adoleſcentes autem hoc loco etiam Senatores intelligit *Conſtantinus.* 23.

h. l. §.Sed Senatores 2.ibiq; Gloſſ.

Quamvis enim ante viginti quinque annos Senatum ingredi regulariter nulli licuerit. 24.

Feneſt.lib.2.c.1.

Et minor 25. annis decurio,

l.non tantum 11.d.Decurionib. & filiis eor.

Vel judex fieri prohibeatur,

l.ad rempub.8.junct.l.numerum 18.§.judicand.14.d.Mun. & honorib.l.2.C. qui ætat.vel profeſ.ſe excus.lib.10.Conſtant.Harmenop.in Prompt.jur.civ. lib.1.tit.d.Judiciario calculo & ſent.4.§.Minor viginti quinq;.Cuja.lib.17.obs. c.34.& ad d.l.2.Donell.lib.17.Comm.jur.civ.c.24.& Conrad.Rittersh.in expos.meth.Nov.part.9.c.6.n.45.cũ ſeqq.

Nec ad honores, aut munera civilia admittatur; 25.

d.l.ad rempubl.8.l.ſextum decimum 2.princ.& ibi Gloſ.in verbis: ſervanda eſt d. Vacat.& excuſat.muner.

26. Interdum tamen, urgentibus videlicet patriæ neceſſitatibus, aliisve ex cauſis, ab hoc jure eſt receſſum.

L.1.C.qui & advers.quos integr.reſtit. non poſ.d.l.2.in f.l. generaliter 3.§.ſpurios 2.d.decurionib.& filiis eor.l.nec per liberos 2.d.Minor.25.ann.l.1.§.cõſules 2.de offic.conſ.l.quidam 57.d.re jud.Gloſ.ad d.l.1.verb.urgentib.Cic.Philipp.5. Lamprid.in Commod.Capitol.in Marco, Cuj.& Donell.dd. loc.Gilb.Reg.lib.1.[illegible].c.30.& Alber.Gentil.Lect.Virgil.c.9.

27. De ſenatoribus autem, eorumque lectione, & lectorum officio, inter alias tractant

Joh.Sarius Zamoſc. lib.1.d.Senat.Rom. Georg. Eberlin.ad tit.d.orig.jur.c.9.Joh.Roſin.d.lib.7.c.5.& Gul.Budæus in Annotat.priorib.ad Pandect.in explic.l.ult. de Senator.

28. Quia verò in noſtrâ Lege Senatores appellantur â *Conſtantino* Clariſſimi viri, ſciendum eſt, tres fuiſſe ſenatorum ordines, *Illuſtrium, Spectabilium, & Clariſſimorum.*

l.decurionibus.3.C.d.ſilentiar. & decurionib. eor. l. 2. C.d. tutor.vel curat.illuſtr.l.curator 5. d.Curat.furioſ. & aliis & l.fœminæ 8.d.Senator.Iſidor.lib.9.Etymolog. c.4.Cujac. ad l.1.C.d.dignit.lib.12.Guidus Pancirol.in Notit.dign.c.2. & Herm.Vult.lib.1.Juriſprud.Roman. c.6.n.3.

29. Primò *Illuſtratus* dignitas reliquis erat ſuperior.

l.nemini 3.C.d.conſulib. & non ſparg. ab his pecun.lib.12.l. præcipimus 32.in princ.C.d.Appellat.& Conſultation.

30. Nam & qui conſident ſuper *Illuſtres,*

§.in ſumma 10.Inſtit.d.Injur.& l.eos qui 26.C.d,Illſur.

ex ordine *Illuſtrium* videntur eſſe, appellãturq; *Superilluſtres,* quòd cæteris prærogativâ quâdam præferantur.

Cujac.& Vult.dd.loc.& Hotom. in comm. verbor.jur.voc. Dignitas.

31. Deinde dignitas *Spectabilis* media erat inter Illuſtratus & Clariſſimatus dignitatem.

Nov.d.non alien.aut permul.reb.eccleſ.7.in fin.Pancirol.& Cujac.citatis loc. Deni-

Denique *Clariſſimatus* dignitas erat ultima. Nam inferius quartum aliquod genus Senatorum non erat; ſed extra Senatum alii gradus reperiebantur. 32.

Iſidor. & Cujac. dd.loc. Et de hac dignitate ſunt textus in l.1.C.Ubi Senat.vel claris. l.peculiari 5.C.d.proxim.ſacror. ſcrinior. lib.12. Et Lamprid. in Alex. ait: Præfectis prætorio ſuis Senatoriam addidit dignitatem, ut viri Clariſſimi & eſſent & dicerentur.

Hæc autem dignitas reliquis prior fuit, adeò etiam, ut *Pancirol.* primùm ſub Tiberio Senatores appellatos eſſe Clariſſimos putet. 33.

d.c. 2. in princ.

Nam C. Caſſius Longinus, *inquit ille*, qui eo tempore vixit

L.2.§.ult. d.Orig.jur.

Claras perſonas Senatoris uxores aut filias vocat.

d.l.Curator 5.

Verùm per Gajum in *hoc textu* non Caſſius Longinus intelligitur, ſed ille Gajus, quo de loquitur Juſtinianus 34.

in §.quas ex omnibus 6.proœm.Inſtit.

qui *Hadriani* floruit tempore,

L.utrum 7.in pr.d.Reb.dub.

& ad tempora uſque *Antonini Imper.* pervenit.

L.nuper 42. d.donat.inter vir.& uxor. Georg.Eberlin.d.loc.c.48.n.23.

Hic enim edictum provinciale libris duobus & triginta, ex quorum nono *d. l. 5.* deſumpta eſt, explicavit.

Jacob.Labitt.in T. Cajo & Eberlin.d.c.48.n.25.

Concedit autem *Conſtantinus Imper.* ætatis veniam non omnibus omninò adoleſcentibus, ſed iis ſolùm, qui honeſtate morum præditi, paternam frugem vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, ùt habent ejus verba, tanquam per ſe ipſi jam rebus ſuis ſupereſſe, & negotia ſua tractare valeant. 35.

h.n.l.in pr.& Conſtantin. Harmenopul. in Promptuar. jur.civil.lib.4.tit.2.d. Impetrandâ ætatis veniâ.

Ad hanc igitur veniæ impetrationem *prodigi* non admit- 36.

 tuntur,

tuntur, qui neque tempus, neque finem expenſarum habent, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt:

L.1.in pr.d.Curat.furioſ.& aliis &c.

& libidinum omnium, vitiorumque ſervi à *Conſtantino* appellantur,

in l.fin.§.minores 2. C. de ſentent.paſſ. & reſtit.

atque everſores à *Gajo.*

in fragm.lib.1.Inſtit.tit.d.Curator.8.

Hi enim curatore indigent.

§.furioſi 3.Inſt.d.curatorib.d.l.1.in princ.

Non eſt novum, *inquit*, divus Pius, quoſdam, etſi mentis ſuæ videbuntur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tractare bona ad ſe pertinentia, ut, niſi ſubveniatur his, deducantur in egeſtatem. Eligendus itaque erit, qui eos conſilio regat. Nam æquum eſt proſpicere nos etiam eis, qui quod bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum,

l.his qui 12.§.divus 2.d.Tutorib. & curat. dat.ab his &c.

37. Quia verò probabiliter poteſt ignorari, quando quis pro prodigo haberi debeat, meritò obtinuit, eum eſſe prodigum, cui interdictio bonorum à magiſtratu facta eſt.

Joh. Gœdd.d.contrah. & committ.ſtipulat. c.7.num.141. & ſeqq.

38. Moribus autem olim per prætorem bonis interdicebatur hoc modo: *Quando tua bona paterna avitaq; nequitiâ tuâ perdis, liberosq; tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi eâ re, commercioq; interdico.*

Paul.lib.3.recept.ſentent.tit. d.Teſtamentis 4.§.moribus.

39. Quæritur hoc loco: *utrum Spurius poſſit veniam ætatis petere?* Pro negativa facit, quòd privilegia ſint ſtricti juris,

C.cum & plantare 3.c.porrò 7.& c.petiſtis 20.d.privileg. & exceſſib.privilegiat.Bl.ad l.2.d.Legib. Ancharan. lib. quæſt.62.n.6.& Maſcard. d.probat.vol.1. concl.462.n.36.

& quæ ſtricti ſunt juris, extenſionem recipere non videantur.

arg.l.ſi prægnans 42.cum l.ſeq. d.Evict. & dupl.ſtipulat. Br.in l.non quaſi 4.§.illud 2.Rem pupilli ſalv.for.

Impe-

Imperator autem Conſtantinus *in hac noſtra L.* iis tantùm fœminis & maſculis, qui animo ſunt probo, mente ſolerti, & moribus honeſtis, hoc privilegium concedit. Unde ſequitur, illud ad ſpurium extendi minimè poſſe.

Deinde inolevit apud pleroſque de ſpuriis hæc opinio, ut eos turpes infameſque perſonas cenſeant, 40.

Gabr. Palæot. tract. ſing. d. Nothis ſpuriiſq; filiis c. 55. in pr.

Quæ etiam probari ſolet.

L. generaliter 3. §. Spurios 2. d. Decurionib. & filiis eor. c. per venerabilem 13. Qui filii ſint legitimi, & aliis ſimilib.

Hinc quoque ſpurii non poſſunt fieri Aſſeſſores in Camera Imperiali. 41.

Ordinat. Cam. part. 1. Anno Christi 1555. Auguſt. promulg. n. 3. §. Deßgleichen. *Joach. à Beuſt. ad l. 3. de jurejurand. n. 26. & Mynſing. cent. 4. obſ. 31.*

Neque doctorari. 42.

Franc. Vivius lib. 1. deciſ. 162. n. 10. ubi licèt collegia, inquit, tribuant ſpurio gradum Doctoratus, tamen tantùm eſt Doctor, ſicut aſinus homo eſt.

Ob quam etiam cauſſam in præcipuis Germaniæ Academiis ad Doctorales honores aſſpirare nequeunt, de quorum natalium fide non conſtat.

Petr. Heig. part. 1. quæſt. 21. n. 59. Ampliſſ. atque Excellentiſſ. Dn. Præſes in Exercit. Juſtin. 8. quæſt. 10. Ajo. Quod etiam obſervari ſolet in Univerſitate Montipeſſulani, ac Avenionenſi, teſte Andr. ab Exea d. pactis 3. part. rubr. n. 263. ubi tamen conſuetudinem iſtam reprobat, propterea quòd quilibet præſumatur legitimè natus. Vid. Bened. Ægid. in tract. de Jure & privileg. honeſt. Artic. 16. n. 21. & ſeqq. & Palæot. d. tract. c. 56. n. 8. qui hodiè paſſim ſpuriis omnibus Doctorum inſignia concedi teſtantur.

Præterea *Veneti* ſpurios non recipiunt in ſuum Conſilium. 43.

Fulgos. conſil. ſtante ſtatuto 62.

Et in omnibus civitatibus per totam ferè Germaniam hi ad manualia artificia, vel functiones publicas, non admittuntur. 44.

Joach. à Beuſt. d. l. n. 26.

Quæ omnia probant, Spurios non eſſe honeſtas perſonas, & per conſequens, eos non poſſe petere à Principe veniam ætatis.

45. Affirmativam autem opinionem non parùm videntur ſtabilire.

l. Spurii 6. in pr. d. Decurionib. & fil. eor. l. cognitionum 5. § 1. d. Extraordin. cognit. princ. J. d. Ingenuis, ibi: Quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. can. Naſci 5. diſt. 56. & l. aliud fraus 131. d. verbor. ſignif.

Qui textus ſpurios infamiâ laborare negant, ſi credimus.

Palaot. d. c. 55. Toming. decis. 48. n. 20. cum ſeqq. Hartman. Piſtor. lib. 1. quæſt. 30. n. 26. & ſeqq. Bocer. in Comm. L. unica C. d. fam. libell. n. 11. cum ſeqq. & aliis.

46. Nos diſtinguimus inter ſpurium & re & vitâ honeſtâ, & eum, qui talis non eſt.

d. l. generaliter 3. §. ſpurios 2. d. Decurion. & filiis eor.

Illumque veniam ætatis petere poſſe, hunc autem non poſſe, exiſtimamus, quâ in noſtrâ Lege non natalium, ſed tantùm honeſtas morum atque vitæ requiritur.

in princ. ibi: Qui honeſtate morum præditi, & ibi: teſtimonium vitæ honeſtioris. & §. 1. in verbis: Quas morum honeſtas commendat §. 2. ibi: de ſuis moribus & honeſtate perdoceant. Conſtant. Harmenopul. lib. 1. prompt. jur. civil. tit. d. Impuberib. & minorib. & in integr. reſtit. 12. §. porrò ætatis veniam, ibi: integræ exiſtimationis ac probitatis de ſe teſtimonium afferant. & lib. 4. tit. 2. d. Impetrandâ ætatis veniâ, in verbis: quâ in re & de exiſtimatione ſuâ & frugalitate teſtatum facient.

47. Veniam ætatis etiam fœminæ petere poſſunt.

h. n. L. §. fœminas 1. Harmenopul. dd. loc. Novell. Leon. Quo tempore & à quib. rerum ſuarum adminiſtr. & c. 28.

ubi nihil refert, utrum nobiles ſint, plebejæ, virgines, uxores, viduæ &c. Nam has omnes fœminæ appellatione contineri, nullum eſt dubium.

48. Non tamen omnes fœminæ admittuntur, ſed illæ tantùm, quas morum honeſtas, mentisque ſolertia commendat.

d. §. fœminas 1.

Mere-

Meretrices igitur, ut & illæ mulieres, quæ luxurioſè vi- 49
vunt, audiendæ non erunt, quibus etiam bonis interdici debet.

L.& mulieri 15.pr. d.Curator.furioſ.& aliis &c.

Rarum quidem eſt, ut mulieres prodigæ ſint, quæ naturâ 50
ſunt avaræ,

l.ſi ſtipulata 33. §.ſi uxor 1. de donat.inter vir. & uxor.l. ſi à ſponſo 16.verſ.Quòd ſi ſponſa C.d.Donat. ante nupt.

quia propter earum puſillanimitatem ſemper dubitant, ne terra eis deficiat ſub pedibus; ideò diligunt pecuniam, quæ eſt fidejuſſor futuræ neceſſitatis.

Joh.Nevizan.in Sylva nupt.lib.2.n.96. qui allegat Petr. Gerhard. notab. 18.

Ubi tamen vel impudicis amoribus, vel comeſſalionibus ſeſe dedunt, *h. e.* luxurioſè vivere incipiunt: nullis ſumptibus parcunt, & modum adhibent nullum, & minus quidem, quàm viri.

Franc.Balduin.in L.24.XII.Tabul.

CIRCUMSTANTIA II.

Quid ſit ætatis venia?

Ætatis venia nihil eſt aliud, quàm abbreviatio vel antici- 51
patio ætatis:

Sfort.Odd.d.Reſtit.in integr.part.1.quæſt.15. Art.9.n.79.

ætatis ſuppletio,

l.ult.C.de his,qui ven.ætat.impetr.

indulgentia ſeu diſpenſatio. Unde dicitur hæc ætas diſpenſata, & ficta. Germanicè die Jahrgebung.

Idem Odd.d.part.1. quæſt.23. Artic.9. n.44. & Hering.d. Fidejuſſor.c.7.num.109.

Item potior annis ætas,

Caſſiod.lib.7.Variar. in formul.ætatis veniæ.

& jus legitimæ ſeu perfectæ ætatis, quæ eſt viginti quinque annorum,

l.fin.C.d.his, qui ven. ætat.impetr.

quo

quo adoleſcentes conſequuntur, ut ſe è curatorum poteſtate eximant, & res ſuas ipſi adminiſtrare, atque cum omnibus contrahere poſſint.

l. ſi actor 10. C. d. Appellat. & conſultat. h. n. l. 2. in pr. & §. 1. Leo Imp. d. Novell. 28. Cujac. in parat. C. tit. d. his, qui veniam impetrar. ibiq. Duaren. vers. Poſtremus locus eſt &c. Magnif. & Nobilis. Ordinar. Dn. Arum. p. m. in Diſcurs. Acad. d. Jure public. Diſcurs. 15. th. 33. d. Regalib. vol. 3. Beſold. in Delibat. jur. ad verba: venia ætatis pag. 78.

52. Poteſtas autem concedendi veniam ætatis eſt de Regalibus, quæ principi in ſignum ſupremæ eminentiæ reſervantur.

Roſenth. d. feudis c. 5. concluſ. 2. Gothofr. in c. Regalia, quæ ſint reg. 2. F. 56. Gœdd. ad l. 21. n. 20. d. V. S. Sixtin. d. Regal. lib. 1. c. 2. n. 22. Cluten. in ſyllog. rer. quotid. volum. 1. & 2. Dn. Arum. d. loc. & Diſcurs. 2. c. 11. num. 8. vol. 5. Henric. Bocer. tr. d. Jurisdict. c. 5. num. 7. & tract. d. Regal. c. 2. n. 131. Reuſn. in meth. jur. feudal. diſput. 4. num. 11. thes. 30. Georg. Schultz in Synops. Jur. Feud. cap. 7. n. 79. Paul. Berens. diſp. Feud. 4. th. 1. d. Regalib. n. 6. lit. D.

53. Errant igitur, qui eam jurisdictionis, aut meri imperii, vel etiam mixti eſſe opinantur.

Br. & Bl. ad l. imperium 3. I. Jurisdict.

Nam jurisdictio plane differt à regalibus.

Georg. Obrecht lib. 1. d. jurisd. c. 7. n. 59. cum ſeqq. & Henric. Bocer. d. tr. d. Regalib. c. 1. n. 28.

54. Merum verò imperium eſt poteſtas gladii, ad animadvertendum in facinoroſos homines, qualis hic non eſt.

d. l. imperium 3.

55. Denique mixtum dicitur imperium, cui etiam jurisdictio ineſt.

d. l. imperium 3.

Hic autem nulla eſt jurisdictio.

Jacob. Menoch. in Comment. Poſthum. d. Imperio & Jurisdict. c. 17. n. 5. Gilbaus in Arbor. judiciar. civil. & crim. part. 1. c. 1. d. Jurisdictione §. 4. n. 16.

CIR-

CIRCUMSTANTIA
III.
Ubi poſſit venia ætatis peti?

APud Principem veniæ ætatis petitio inſtituenda erit 56.

L.1.ibi: à principali clementia L.2.in pr. in verbis: ſuper hoc imperiali auxilio indigere.& §. ult.ibi: à principali clementia.l.eos qui 3.in verbis: A principali clementia. & l. ult. in verbis. quæ ab imperiali beneficio C. d.his, qui veniam ætat. impetr.l.ea quæ 5 in princ. ibi: & ſi fortè quis beneficio noſtro ætatis veniam fuerit conſecutus C.d. Temporib. in integr. reſtit.& c.Conſtantin.Harmenop.d.tit.d Impetrand.ætat. veniæ ibi: id nimirum à principe poſtulantes,& d.t.d. Impuberib.& minorib.vers.Si minor ætatis, in in verb. Cùm ſcil. id à principe poſtulant.Caſſiodor.d. formula ætatis veniæ, in verb: Cape igitur noſtro beneficio potiorem annis ætatem. & quod petis ab oraculo,moribus exhibeto.

Is enim ſibi ſoli poteſtatem concedendi veniam ætatis 57. reſervavit.

Ad.text.Leo Imp.in Novell. Quo tempore & à quib.rer. ſuar. adminiſtr. &c. 28. vers. Quod à ſolo Imperatore &c. & Conſtantin.Harmenop.d.t.12.vers.Solus princeps &c. Gloſſa ad l.deniq; 3.in voc.ipſi,d. Minor.25.ann.quam Dd.ad tit.C.d. his qui veniam ætat.impetr. ſequuntur. Duar. in explic.d.t. vers ſequens verò locus eſt de eo &c. Donell. lib. 21. com. jur. civil.c.12.Anton.Fab.in Rat.ad d.l.deniq; 3. in verb: & eodem jure utimur.Henric Bocer.d. Regalib.c.2. n. 131. Matth. Stephan. d. Jurisd lib.2 part.1. c.1. membr.2.n.137.Gilbaus.in Arbor, judic, part.1. c.1. d. Jurisdict. §. 1.n.24. Joh. Gædd. d. loc.

Ob eam etiam cauſſam formula ætatis veniæ, apud Caſſiodorum, Principis nomine eſt concepta: 58.

Quæ talis eſt: Glorioſa ſupplicatio eſt, quæ veniam quærit ætatis,quando ſe gravitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem vitæ adhuc contingit intuliſſe. Minor naſcendo, grandævus cupis eſſe conſilio. Ita,quod in humanis rebus audaciſſimum eſt, ad erroris auxilium beneficium con-

temnis annorum. Quapropter oblata ſupplicatione depromis, ut cum tibi ſit ratio firma prudentiæ, actiones tuæ non relinquantur ambiguæ, ne infirmetur jure, quod non poteſt utilitate titubare Hoc nos, quibus cordi eſt bona deſideria perficere, libenter accipimus. Quia nullas ſe captare velle profitetur inſidias, quisquis habere liberos contractus conſtanter affectat. Atq; ideo. ſi id tempus conſtat elapſum, quo ad hanc veniam accedi jura voluerunt, nos quoq; probabilibus deſideriis licentiam non negamus, ut in foro competenti ea, quæ in his cauſis reverenda legum dictat Antiquitas, ſolenniter actitentur. Ita ut in alienandis ruſticis vel urbanis prædiis conſtitutionum ſervetur auctoritas. Ne cum opinioni præſtare volumus, utilitatem publicam lædere videamur. Cape igitur noſtro beneficio potiorem annis ætatem, & quod petis ab oraculo, moribus exhibeto. Nam profeſſio maturitatis acerbæ locum denegat actionis, quando multo gravior eſt culpa, quam ſuæ promiſſionis pugnat auctoritas.

59. Et Impp. Conſulum vel præſidum decreta, quibus minoribus res ſuas adminiſtrare permiſerunt, quaſi ambitioſa eſſe interpretati ſunt.

d. l. Deniq; 3. in princ. de cujus text. lectione atq; explicatione vid. Jacob. Rævard. lib. 1. var. c. 16. & Gul. Forner. lib. 1. ſelection. c. 17.

60. Experientia quoque, quæ rerum magiſtra efficax dicitur,

in c. quàm ſit eccleſiis 6. d. Elect. & elect. poteſt. in 6.

hoc ſatis probat. Carolus enim Lotharingiæ Dux, poſtulatus Epiſcopus Metenſis in Aulâ Imperatoris Pragæ indultum veniæ ætatis, ad adminiſtrationem & inveſtituram dicti Epiſcopatus conſequendam, impetravit.

Thom. Michaël. diſp. d. Jurisdict. th. 32. lit. C. & D. vol. 1. Baſil. & Bocer. d. c. 2. n. 133.

Sic etiam Imperator Philippo Julio, Duci Pomeraniæ adminiſtrationem hereditariarum ſuarum ditionum in diſtrictu Wolgaſtenſi indulſit, datâ ei veniâ ætatis.

Matth. Steph. lib. 2. d. Jurisd. part. 1. c. 1. membr 2. n. 137.

Et notum eſt, Imp. Wenceslaum Ottoni, Duci Brunſuicenſi, filio Ottonis, veniam ætatis in hunc modum conceſſiſſe: Wir haben

dem

dem Hochgebornen Otten/ Herzogen zu Braunſchweig unſern lieben Ohimb und Fürſten/ etwan des Hochgebornen Otten/ Herzogen zu Braunſchweig Sohne/ die Jahr geben/ alſo/ daß Er mündig ſeyn/ und ſeine Landte und Herzogthumb ſelbſt verweſen/ Ihme ſelber Räthe kieſen und helffen nehmen ſoll und mag.

Et hæc adeò vera ſunt, ut ne Camera quidem Imperialis, licèt concurrentem cum Cæſare habeat jurisdictionem, & eum, quo ad Juſtitiæ adminiſtrationem in causſis civilibus repræſentet, voceturq; Judicium Cæſaris, das Kayſerliche Cammergericht/ hoc jus ſibi vindicare queat. 61.

Bocer. d. c. 2. n. 133. Thom. Michaël. d. th. 32. lit. D. & Andr. Gail. lib. 1. obſ. c. 29. n. 3. & c. 42. n. 3.

An autem Pontifex Romanus poteſtatem concedendi veniam ætatis habeat, *quæritur?* 62.

Quod neg. 1. Quia poteſtas hæc eſt de regalibus, ùt in præced. circumſtantiâ diximus. Pontifex autem non habet Regalia, quia regalia dicuntur à Rege, & Pontifex non eſt Rex. Unde ſequitur, eum non poſſe veniam ætatis concedere.

Bocer. d. tr. d. Regalib. c. 1. n. 9. Daniel Otto d. Jure publ. c. 11. pag. (mihi) 319.

2. Chriſtus Dominus noſter, ait: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* 63.

Joh. 18 v. 36.

Hinc tributum magiſtratui ſolvit.

Matth 17. v. 27.

Et Cæſari, quod Cæſaris eſt, dare juſſit.

Matth. 22 v. 21.

Imò in condemnandâ adulterâ partes magiſtratus politici in ſe ſuſcipere noluit.

Joh. 8. v. 11.

Papa autem profitetur ſe vicarium Chriſti

c. Inter 2. vers. Non enim humana, in verbis: Rom. Pont. quem conſtat eſſe vicarium Jeſu Chriſti, d. Translat. Epiſcop.

Non igitur poteſt ſe ſecularibus rebus immiſcere, & per conſeq. veniam ætatis concedere.

Quod etiam 3. Nicolaus Papa agnoſcit, dum Pontificem jura regis uſurpare poſſe negat. 64.

c. cùm ad verum 6. diſt. 96.

Unde etiam ſcribit. Auguſtin.

tract. 6. ad c. 1. Joannis, quod repetitur in Can. Quo jure 1. diſt. 8.

Jura humana (ad quæ etiam pertinet conceſſio veniæ ætatis) *jura Imperatorum ſunt; quare? Quia ipſa jura humana per Imperatores & reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano.*

65. Quæritur, *An Electores & Principes poſſint veniam ætatis concedere?* Quod putamus. Hodie enim mutatâ Imperii formâ, tantum poteſt princeps in ſuo territorio, quantum Imperator in imperio.

Joach. Steph. lib. 1. d. Jurid. Judæor. c. 3. n. 39. Andr. Knich. tr. d. Sublim. & reg. terr. jur. c. 1. n. 191. & Magnif. Ordinar. D. Ortholph. Fom. p. m. in Lectionib. ad L. 1. q. 2. in f. C. de his, qui ven. ætat. &c.

66. Ipſe etiam *à Sereniſſimo & Potentiſſ. Electore Dn. Joh. Georg. Duce Saxoniæ &c.* Domino meo Clementiſſ. veniam ætatis Anno 1634. impetravi.

67. An reliqui quoq; magiſtratus idem poſſint *quæritur?* Et videtur dicendum, quod ſic, quia *Leo Imp.* cujusq; loci magiſtratibus, qui plenam jurisdictionem habeant, hoc conceſſit.

Nov. quo tempore & à quib. rer ſuar. adminiſtratio &c. 28. in fin.

68. Verùm Novellæ Leonis authoritate juridicâ deſtituuntur, partim quia à populo non ſunt receptæ, partim quia in jure nobis à Lothario Saxone reſtituto, non continentur, partim deniq; quia ſunt à ſeqq. Impp. paulatim abrogatæ.

Cujac. lib. 17. obſ. c. 31. Förſter. d. Authorit. Juridic. & in Tract. method. d. Pactis, aucto à Chriſtiano Krembergk *c. 8. n. 33. in f.* Georg Schultz *in Synopſ. Inſt. Imp. ad tit. d. Adoption. lit. b Hunn. tr. d. Authorit. & interpret. c. 6. & vol. 1. ad Treutl. diſp. 21 th. 4. q. 13 & vol. 2. diſp. 6. th. 1. q. 16. in f.*

69. Non tamen penitus negligendæ eſſe videntur, ſi de iis rebus tractent, de quibus antè nihil conſtitutum fuit, vel jus vetus explicent, aut ſuppleant.

Cujac. d. c. 31 & Andr. Rauchbar. part. 1. quæſtion. jur. civil. & Saxon. 11. n. 20.

Sententia igitur contraria verior eſt, quia ſolius Imp. eſſe

veniam

veniam ætatis concedere,ſuprà probavimus. Hodie tamen in quibusdam locis,ùt in Ducatu Wirtenbergico Magiſtratuî cujusvis loci eadem poteſtas eſt conceſſa.

Chriſtoph.Beſold.in delibat.juris.ex lib.1.Pand. verb. venia ætatis,ubi allegat Fürſtl.Würtenb.LandR.*p.2.tit.27.fol.314.*

71. Quod deniq; ad Comites Palatinos attinet, putamus, eos veniam ætatis concedere non poſſe,niſi ſpecialiter ab Imp. hoc jus impetraverint

Sixtin.d.Regalib.lib.1.c.4.n.103.cum ſeq.

CIRCUMSTANTIA IV.

Quibus auxiliis poſſit venia ætatis impetrari.

72. QVæ circumſtantia hæc quarta requirit, impetratam veniam ætatis vel antecedunt,vel eandem ſequuntur. Antequam Princeps ætatis veniam concedat, oportet 1. minorem, veniam ætatis ab eo petere. Quam petitionem *Caſſiodorus* appellat ſupplicationem glorioſam.

In princ.formulæ.ætatis veniæ Harmenop. d.t. d. Impetranda ætat.ven.circa pr.& d.t.d.Impuberib.& minor.vers. porro ætatis &c.

73. 2. Debet idem in ſupplicatione proponere, ſe ad res ſuas utiliter gerendas idoneum eſſe.

ùt ex n.L.2.colligitur & Caſſiodoro, quando d.loc.ita inquit: Glorioſa ſupplicatio eſt,quæ veniam quærit ætatis, quando ſe gravitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem vitæ adhuc non contigit intuliſſe. Et paulò poſt: Quapropter oblatâ ſupplicatione depromis,ut cum tibi ſit ratio firma prudentiæ,actiones tuæ non relinquantur ambiguæ, ne infirmitetur jure,quod non poteſt utilitate titubare.

74. Veniam autem ætatis à Principe impetratam,ſequitur probatio.

h.n.L.2.in pr.ibi: ita ut poſt impetratam ætatis veniam &c. & §.fœminas 1.in verbis: ſed percepta ætatis veniâ annos &c. Gloſſ. ad d. l. 2. in pr. verb. Edoceant.Duaren.ad h.t.Henric. Bocer.d.c.2.n.133.vers. Quartum requiſitum eſt &c.

75. Errat igitur *H.Donell.* qui ordinem invertit, & re prius probatâ, deferri putat teſtimonium, literis actuum compre-

henſum ad Principem, qui, fidem probationis ſecutus, veniam concedat

lib. 21. comm. jur. civil. c. 12.

76. Occurrunt autem hoc loco tres quæſtiones, de quibus breviter agendum erit, quarum 1. eſt, *quid minor cogatur probare? 2. Quomodo debeat probare? 3. Apud quem peragenda ſit probatio.*

h. n. L. 2. in pr. §. 1. §. 2. & §. 3.

77. Quas quæſtiones innuere haud obſcurè videtur *Caſſiodorus*, cùm inquit: *Atq; ideò, ſi id tempus conſtat elapſum, quo ad hanc veniam accedi jura voluerunt, nos quoq; probabilibus deſideriis licentiam non negamus, ut in foro competenti ea, quæ in his cauſſis reverenda legum dictat Antiquitas, ſolenniter actitentur.*

78. Probare autem debet minor tria: Quod præfinitæ ætatis (quæ autem ætas ſit præfinita, conſtabit ex ultima circumſtantia) metas impleverit, ſolertiam mentis, & morum atq; vitæ præcedentis honeſtatem

d. l. 2. in pr. & Harmenop. dd. loc.

79. Et licèt *Accurs.* fœminam, quo ad morum honeſtatem & ſolertiam animi, onere probandi liberari opinetur.

hic, quem Cyn. Alberic. d. Roſat. aliiq; Dd. ad h. l. n. ſequuntur.

80. Verior tamen nobis videtur contraria opinio

1. propter d. l. 2. §. fœminas 1. §. ſed Senatores 2. verſ. cæteri verò &c. junctâ l. qui duos 62. in f. d. leg. & fideicom. 3.

2. Regula eſt, fœminas ante 25. annum ætatis completum ſua negotia tueri non poſſe, princ. J. d. curatorib. Fœmina igitur, quæ ætatis veniam petit, ſolertiam animi probare prius debet.

3. Pro hac ſententia facit Harmenop in d. tit. d. Impetranda ætatis veniâ, inquiens: Ætatis autem veniam impetrant viri quidem à viceſimo ætatis anno ad viceſimum quintum, fœminæ verò à decimo octavo ad quintum itidem & viceſimum: id nimirum à principe poſtulantes, ut ſe è curatorum poteſtate eximant, tanquam per ſe ipſi jam rebus ſuis ſuperesſe, & negotia tractare valeant: qua in re & de exiſtimatione ſua & frugalitate teſtatum facient.

4. Nota eſt ſexus fœminini imbecillitas, propter quam multis

caſibus

caſibus fœminæ ſuppoſita atq; objecta ſunt l.2.§. verba 2.ad Sc.Vellejan.Quare illis adminiſtratio rei ſuæ committi non debebit, niſi prius mentis ſolertiam probaverint quicquid etiam Accurs.ad h.n.l. dicat, eas maribus ſagaciores & prudentiores eſſe. Bocer.d.loc.

Sequitur *modus probandi*, qui variat. Mares enim præſentes eſſe debent coram iudice competente, cui inſinuant principale beneficium de impetratâ ætatis veniâ, & probare ea, de quibus in th 78. dictum eſt. Fœminæ verò per procuratorem probationem peragunt 81.

h.n.l.2.in pr. & §.1.

Ideo autem maſculi neceſſaria eſt præſentia, quia explorãnda eſt conditio perſonæ, ne obrepſerit Principi ex ſermone, vultu, geſtu. Sed pudor fœminas atq; verecundia cœtui publico demonſtrare prohibet. 82.

d.§.1.c. Indemnitatibus 43.vers.porrò,ibi: ſed cùm eas propter ſexus verecundiam, ſuæq; conditionis ſtatum non deceat, nec ipſis expediat publico cœtui demonſtrari.d. Elect. & electi poteſt.lib.6.c.Mulieres 2.d.Judic.ord.lib 6.l.cùm & judices 2. §.ſin autem 1. C d Jurejur. propt. calumn. dand. Duaren. ad n.tit.vers.Sed cur præſentia minorũ requiritur & Boc. d. loc.

Ætas autem, cujus probatio eſt difficilis, 83.

Br.ad l.d.ætate 43.n.5. d.Minor. 25. ann. quem ſequitur Menoch.d.Arbitrar.judic.lib.2.cas. 116.n 2.

Poteſt probari per ſcripturam, aut per teſtes.

d.l.2.in pr.& §.1.Malè igitur Goth.ad d.pr.lit.e. qui non tantùm ſcripturâ, ſed & teſtibus ætatem probandam putat:

Per ſcripturam intelligimus libros Cenſuales,

l.ætatem 3.d.cenſib.& c.ad audientiam 13.d.præſcription. Joh. Rûding.in obſerv.jur.Cameral.Sax.cent.1. obſ.20.n.2.

Parœciales, die Kirchenbücher/quibus nomina baptizatorum inſcripta ſunt; 84.

Menoch.lib.2.præſumpt.51.n 56. Alex. Trentacinq.lib 2. Practic.reſolut tit.d.Minorib.reſol.2.n 7.& Sfort.Odd.tract.d.in integr.reſtit.part.1.q 37. art. 9. uti omnes concordare ſcribit.

Libros rationum domeſticarum parentum, in quibus ſolent ſcribere diem, annum & horam nativitatis liberorũ ſuorum. 85

Bl. ad

Bl.ad l.neq; natales n.2 C. d. probat. ibiq; Paul. de Caſtr n.4. Trentacinq. d.reſolut.2.n.6.Menoch.d.caſ.116.n.4. & Odd.d. q 37.artic.12 quo in loco etiam teſtatur,hanc eſſe communem omnium ſententiā vid. tamen Aym.Cravet.tr.d.Antiq.temp. part.1 ſect.Vidimus & abundè n.34.qui vult,quòd ſemiplenam ſaltem faciat probationem liber patris.

86. Teſtes autem hic requiruntur quinq; ad probationem ætatis.

d.§.1.ibi: teſtibus quinq; :

87. Matris igitur teſtimonium, obſtetricis vel nutricis, non ſufficiet, quamvis aliàs fidem facere videatur

l.Carbonianum 3 § duæ 5.d.Carbon.edict. l.etiam 16 d probat.& præſumpt.Br.d.loc.& in l.de tutela C.d reſtit.in integ. Angel ad l.1.n 5.d.probat.Odd.d.q.37.art. 4. & 5. ubi alios etiam allegat. Dd.

88. Deponere autem debent teſtes in probandâ ætate, quo videlicet anno & menſe natus fuerit is, de cujus ætate agitur

Odd.d.q.37. art.7.

89. Teſtibus quoq; idoneis morum ſuorum inſtituta, probitatemq; animi & vitam honeſtam minores probare debent.

d.pr.

90. Deniq; peragitur probatio apud competentem judicem.

l.ea quæ 5.in prin,.C.d.temporib.in integr.reſtit, & Caſſiod. d loc.ibi: ut in foro competenti &c.

Judex autem competens non eſt princeps, ùt *Petrus Gloſſator antiquus* putavit, ſed magiſtratus, cujus juriſdictioni ſubjectus eſt, qui veniam ætatis impetravit.

d.l.2.§.ſed & 2.Gloſſ in d. §.1. verb. edoceant Donell. d. loc.

91. Et hæc eſt ſolennitas in noſtrâ Leg.præſcriptâ, quam ſi minor non obſervaverit, venia à principali clementiâ conceſſa, nullas vires obtinebit

d.l.2.§.ult. l. non dubium 5.C.d.LL. Sfort.Odd.tr.d.reſtit.in integr.part.1.q 23.Art.9.n.42.Donell.d.loc.Bocer.d.c.2.n.133. in fin.

CIRCUMSTANTIA V.

Cur minor petat veniam ætatis?

Minor

MInor ætatis veniam ideo poſtulat, ut ſi eam impetraverit, 92
pro majore habeatur, & ipſe poſſit res ſuas adminiſtrare tanquam major.

d.l.2.pr.ibi: paternam frugem vel avorum patrimonia gubernare cupiunt.l.10.C.d.Appellat.Harmenopul.d.t.d.impetrand. ætat.ven.in verb.Ac tum demum ætatis veniam conſecuti, ea gerunt,quæ à majoribus geri ſolent.Et in tit. d.Impuberib. & minor.vers.Porro ætatis veniam,in verbis : Tum itaq; veniam ætatis conſecuti,omnia legitimæ abſolutæq; ætatis hominum munera obeunt.& Leo Imp.in d.Nov.28.Duar.d.loc.vers. Poſtremus locus eſt &c. Donell.d.loc.Boc. d.c.2. n.134.& multi alii.

Unde etiam in rebus ab eo, poſt veniam impetratam, geſtis,quæ ipſo jure valent, quamvis minus idoneè rem ſuam adminiſtràrit,non poteſt in integrum impetrare reſtitutionem; ne hi,qui cum eò contrahunt,principali authoritate circumſcripti eſſe videantur. 93

l.1.C.d.his qui veniam ætat. impetr.

In eo tamen non habetur pro majore,ſi agatur de immobilibus rebus ejus alienandis,pignori obligandis. 94

d.l.2.§. fœminas 1. & l.eos qui 3. C d. his , qui veniam ætat. impetr. Harmenopul. & Caſſiodor. cit. loc. Joh. Gœdd. ad l. princeps 21.n.2.d.V.S.ubi Conſtantinum illud quidem de prædiis non generaliter,ſed de fœminis tantùm conſtituiſſe ; Juſtinianum verò ad mares quoq; extendiſſe ſcribit. Accurs.autem ad d.l.2.§.1.in verb: Non alienent, textum iſtum non ſolùm de fœminâ , verùm etiam de maſculo intelligit,ut nec mares nec fœminæ prædia ſine decreto alienare poſſint.

Aut in feüdum dandis. 95

d. l. omnes 2. §. 1.d.l.eos qui 3. l. ult. C. d.reb.alien.non alien. Schrad.part.4.d.feüd.c.1.n.65.

Valet tamen alienatio,ſi princeps eam permiſerit.Ad inſtar enim præſidalis decreti conceſſio principalis accedit. 96

l.illud 2.C.quand.decret.opus non ſit.

Vel quando ex parentis conventione fundus aliquis venditus ſit revendendus

L.1.C.d.t.Bocer.d.loc.n.134.

97. Quia verò cuilibet beneficio pro ſe introducto renunciare liberum eſt,

l.ſi quis 29.C.d.pact.l.pactum 46. eod. tit.l.ſi quis 51. C.d. Epiſcop.& Cler. l.ſi judex. 41.d.Minor.Novell.d.Argentarior. contract.136.c.1.

poterit minor adverſus impetrationem veniæ in integrum reſtitui.

Gloſſ.ad d l 1.ibiq; Job.Fab. Br. Angel. Fulgos. Duar. vers.ſed quæſtio eſt controverſi juris &c.C.d.hìs qui ven.ætat.impetr. Sfort.Odd.part.1.d.reſt.in integ.quæſt.23. Artic.10. quamvis Job.Gœdd.ad l princeps.21.n.4.d.V.S.in aliam inclinet ſententiam.

98. An autem & tunc locus ſit reſtitutioni in integrum, quando minor læſus, qui veniam ætatis eſt conſecutus, prædium vel ſimiles res alienavit cum decreto magiſtratus, *quæritur?* Ita quidem putat

Gloſſ. ad l.eos qui 3. voc.ſimiliter C. d.hìs qui veniam ætat. impetr.ibiq; Job.Fab.Gomez.tom.2.Variar. reſolut. c.13. n.12. Octav.Simancell.in tr.d.Decret.lib.3.tit.9.n.23.cum ſq. Odd. d.q.23.Artic.11 ubi etiam ait, hanc eſſe communem Dd. concluſionem, & pro ea putat eſſe textum clarum in ſ.d.l.3.

99. Verior tamen videtur contraria opinio, ne aliàs hi, qui cum minoribus, quibus princeps veniam ætatis conceſsit, contraxerunt, principali authoritate circumſcribantur.

quæ eſt ratio d.l.1.C.d.hìs qui ven.ætat.impetr.Salicet.ad d.l.3. in qua pro petitâ, Donell.d.loc.putat. legendum præſtitâ.

CIRCUMSTANTIA VI.

Quomodo poſsit minor petere veniam ætatis?

100. VT itaq; Praxis, ſine qua theoria debilis eſt, & quodammodo claudicat,

Jacob.Gourr.ad l.2.C.d. reſcind. vendit.pag.181.

cum theoria conjungatur, ſequentes formulas ſubjiciam.

Debet

Debet autem minor primò offerre Principi ſupplicatio- 101.
nem, in qua petit veniam ætatis, quæ ita poteſt concipi:

DVrchlauchtigſter / Hochgeborner Churfürſt / Ewr Churf. Durchl. ſeynd meine vnterthänigſte gehorſame Dienſte höchſtes getrewes Vleiſſes jederzeit zuvorn.

Gnädigſter Herr / Ew. Churf. Durchl. gebe ich hiermit vnterthänigſt zuvernehmẽ / wie dz ich in einer ſonderbahrẽ ſache / eine gewiſſe Handlung vñ Vergleichung mit N. N. vorzunehmẽ entſchloſſẽ / welche eheſtes Tages ins Werck gerichtet werden ſoll / Immaſſen ich mich dann deßhalber von N. alda ich mich ſtudierens halber eine zimliche Zeit auffgehalten / erhoben / vnd vor wenig Tagen anhero gelanget bin / wann es aber an deme / daß Ich meine mündige Jahre noch nicht complexirt, ſondern in dem nechſtkünfftigen Monat September, GOtt helffe zu Glück / mein 21. Jahr zum Ende bringe / vnd alſo meine Mündigkeit erlange / vnter deß aber oberwehnte Handlung ſich nicht vffziehen leſt / ſondern eheſtes Tages vorgenommen vnd volbracht werden muß / Als gelanget an Ew. Churf. Durchl. mein vnterthänigſtes gehorſames Bitten / dieſelbe geruhe gnädigſt / aus Churfürſtlicher Hoheit vnd Gewalt / mir dieſe groſſe Gnade zubezeigen / vnd veniam ætatis ertheilen vnd widerfahren / auch deßwegen einen gewöhnlichen Schein aus Ew. Churf. Durchl. Cantzley vmb die Gebühr ausantworten vnd zuſtellen zulaſſen / zuverſichtig / weil vmb ſo eine ſchlechte vnd geringe Zeit / biß zu Erfüllung meiner Mündigkeit / gethan / vnd die vorhabende Handlung zwiſchen Mir vnd N. N. zu meinem beſten angeſehen / Ew. Churf. Durchl. wolle vnd werde ſich deſto eher gnädigſt bezeigen / vnd meinem vnterthänigſten Suchen gnädigſt deferiren, daß bin vmb Ew. Churf. Durchl. Ich in vnterthänigſtem Gehorſam trewes Vleiſſes zuverdienen erbötig vnd ſchuldig / Datum &c.

Sic itaq; Elector defert petitioni, ad magiſtratum ita ſolet 102.
ferè ſcribere,

Von GOttes Gnaden N. N. ꝛc. Churfürſt ꝛc. Liebe getrewe / wie wir von N. N. alhier vnterthänigſt angelanget / dieweil er mit N. N. in einer ſonderbahren Sache eine gewiſſe Handlung vnd Vergleichung vorzunehmen / entſchloſſen / vnd aber er ſeine Mündigkeit noch nicht vollendts erreichet / ſondern ſein ein vnd

zwanzigſte Jahr in Monat Septemb. nechſt künfftig erlangen würde/daß wir jhme veniam ætatis ertheilen / vnd Jhn für mündig erklären wolten/ſolches habet jhr in inliegenden zubefinden/Darauff begehren wir / Jhr wollet euch wegen Supplicantenſs alters vnd Qualiteten, ob es mit jhme alſo / daß er Jhm ſelbſten vorſtehen könne/beſchaffen / erkündigen/vnd vns die Gelegenheit/ neben Wiederſendung des inſchluſſes zuerkennen geben / daran geſchicht vnſere Meinung/Datum &c.

103. Quando Magiſtratus à Principe accepit mandatum, ſolet citare minorem, qui & ſolertiam mentis, & morum ac vitæ præcedentis honeſtatem, unà cum ætate, quam leges determinarunt, probare debet. Quo facto, in hunc ferè modum magiſtratus humiliter reſcribit:

Durchlauchtigſter / Hochgeborner Churfürſt / Ew. Churf. Durchl. ſeynd vnſere vnterthänigſte Dienſte/getrewes pflichtſchuldigſten Gehorſams jederzeit bereitwilligſt / vnd höchſtgefliſſen zuvorn / Gnädigſter Herr/ Ew. Churf. Durchl. an vns ergangenem gnädigſten Befehle zu vnterthänigſter gehorſambſter Folge / haben wir vns N N alters/vnd Qualiteten wegen mit Vleis erkündiget/ Wann wir dann in gründliche Erfahrung gebracht / daß Er den 27. Septemb. des 1613. Jahrs alhier zu N. zur Welt gebohren/ vnd des nachfolgenden Tages/ durch ſeine liebe Eltern N. N. zur heiligen Tauffe beſödert/ Alſo daß Er das 21. Jahr ſeines Alters numehr erreichet / vnd weniger fünff Monat zu ſeiner Mündigkeit gelanget / ſeine Studia auch beydes alhier in patria, ſo wol auch zu N. dahin er anfänglich von ſeinen Vormunden wie auch bißhero zwey Jahr auff E. Churf. Durchl. löbliche Univerſitet zu N. dermaſſe excoliret, daß ein fein ingenium an Jhme zu verſpüren / vnd dannenhero abzunehmen / daß er Jhme nunmehr ſelbſten wol werde vorſtehen können/ Als haben E. Churf. Durchl. wir dieſe befundene Beſchaffenheit / neben Wiederſendung des inſchluſſes hiermit vnterthänigſten Gehorſambs zuerkennen geben ſollen / Worauff E Churf Durchl. ſich der Vnterthänigſt geſuchtē diſpenſation wegen gnädigſt zuerklären geruhen werden/dero wir vnterthänigſtes Gehorſambs treülich zu dienen bereit willigſt/vnd höchſtgefliſſend ſeynd vnd verbleiben. Datum &c.

Tandem

Tandem accedit Principis confirmatio, quæ ita ſonat: 104.

Von GOttes Gnaden Wir N. N. Hertzog zu Sachſen/ Gülich/ Cleve vnd Berg/ des heiligen Römiſchen Reichs Ertzmarſchalch vnd Churfürſt/ Landgraff in Düringen/ Marggraff zu Meiſſen/ Burggraff zu Magdeburg/ Graff zu der Marck vnd Ravensberg/ Herr zu Ravenſtein. Thun hiermit kund/ Nach dem vns N. N. alhier vnterthänigſt erſucht vnd angelanget/ daß wir jhme/ dieweil er ſeine Mündigkeit noch nicht gar volkömlich erlanget/ vnd gleichwol neben ſeinen N. N. in einer ſonderbahren Sache/ eine gewiſſe Handlung vnd Vergleichung vorzunehmen entſchloſſen/ Veniam ætatis gnädigſt indulgiren vnd ertheilen wolten/ vnd wir ſo viel berichtet worden/ wie es gleichwol mit jhme alſo beſchaffen/ daß jhme an ſeiner Mündigkeit mehr nicht/ dann noch fünff Monat ermangeln/ er auch im Studieren vff vnſerer Univerſitet N. ſo viel proficirt, daß er hinfüro ſeinen Sachen mit nutzen wol ſelbſt vorſtehen möge/ daß wir dannenhero dieſem ſeinem Suchen gnädigſt deferirt, vnd ſtat gegeben/ Thun es auch hiermit vnd Krafft dieſes/ vnd erklären obgedachten N. N. pro majorenni vnd für mündig/ befehlende/ daß er hinfüro von männiglich darfür gehalten werde/ vnd alles das jenige/ was er die wenige Zeit vber/ ſo jhme an ſeiner Mündigkeit noch mangelt angeregter maſſen/ von dato an in ſeinen eigenen Sachen vnd geſchefften thun/ handeln/ fürnehmen vnd ſchlieſſen wird/ kräfftig vnd beſtändig ſeyn/ auch alſo gehalten vnd geachtet werden ſoll/ zu Vhrkund mit vnſerm Cantzley Secret beſiegelt/ Geſchehen zu N. N.

CIRCUMSTANTIA ultima.

Quando minor poſſit veniam ætatis petere?

ÆTati non cuilibet venia ætatis conceditur, quæcunque etiam proponatur eſſe minoris prudentia, & ſagacitas, ſed requiritur, ut adoleſcentes viceſimum, fœminæ verò decimum octavum annum impleverint. 105.

d.l.2.in pr & §.1. Harmenopul. dd.loc.

In ratione autem reddendâ, cur fœmina citiùs quàm mas admittatur ad impetrandam veniam ætatis, inter ſe *Dd.* non conveniunt.

107. Accurſius putat illam eſſe rationem, quòd mala herba citiùs creſcat, quàm bona.

ad d.l.2. §.1. in verb: octavum & decimum. Quem ſequitur Duar.d.loc.vers.altera cauſſa eſt.

Unde verſus iſti;

Ut lolium ſegetes creſcendo vincit, ut altè
Emicat hortorum, carduus inter opes:
Fœmina ſic maribus citiùs conſurgit in aures,
Fœmina non ullum ferre parata modum.
Nimirum prava creſcunt velocius herba,
Fœmina quas inter connumeranda fuit.

quos Otto Meland.in Jocoſeriis 178 attribuit Schosſero.

108. Alii ex *Macrobio* illam afferunt rationem, quòd hoc ſit adſcribendum feſtinationi votorum, ut ſcilicet tantò citiùs eximatur periculo pudicitia virginis, quantò maturiùs nupta fuerit

In Somn. Scipion.lib.1.c.6.

109. *Anton. Faber* hoc propterea fieri putat, quòd fœminarum malitia frequentiùs ſuppleat ætatem.

In Jurispr.Papin.ad tit.Quib.mod.tutel.finit.prin.cap.2.circa fin.per l. ſi alterius 3.C. ſi minor ſe major.dixerit.

110. Nos cum iis ſentimus, qui dicunt ſexum muliebrem eſſe debiliorem, citiusq; deficere & propterea etiam citiùs perfici.

Angel.d.Clavas.in ſumma, voc. fœmina Petr. Gregor.Tholos. in Syntagm.jur.univ.lib. 9. c. 7. n.6. Cujac. ad c.puberes 3.d. deſponſat.impuber. Anton. Guibert. Coſtan. in comm. d. Matrimon.c.d.his qui nupt.contrah.poſſ.n 25. pro quibus videtur facere Ariſtot.lib.4.d.Generat.animal.c.6.ubi inquit: Intra parentem longiore quidem tempore fœminæ concipiuntur, quàm mares: at ubi in lucem venerint, celerius perficiuntur, nam & pubes, & vigor, & ſenectus prius illis obtingunt. Sunt enim fœminæ natura debiliores frigidioresq;: & ſexum fœmineum quaſi læſionem naturalem & detrimentum eſſe

putan-

putandum eſt: proinde ob ſuam debilitatem citò ad ætatis florem ſenectutemq́ perveniunt. Quum omnia minora, ut in artis, ſic in naturæ operibus citius ad finem perducantur.

Verùm hodie id tempus non adeo ſtrictè obſervari conſtat, præſertim ſi cauſſæ urgentes aliam poſtulent diſpoſitionem. Exemplum habemus in *Chriſtiano IV. Rege Daniæ* cui *Imperator* veniam ætatis anno 17. nondum impleto ob regias dotes atque qualitates in eo elucentes, per ſolenne decretum *Anno 1593. die 26. April.* indulſit. III.

Anton, Hering. tr. d. fidejuſſor c. 7. n. 110.

Atque hæc de noſtrâ L. 2. non quæ debui, ſed quæ potui, afferre volui. Proinde *quisquis ea legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum, ubi pariter hæſitat, quærat mecum: ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me: ubi meum, revocet me.* Auguſtin. *lib. 1. d. Trinitat c. 3.*

Ad literatisſimum Dominum Reſpondentem, Conſobrinum ſuum medullitus dilectum.

IN multa elumbes tarda ſufflamine lites
Tempora, lingvaci diſtrahere eloquio
Jurgiſtæ vitium eſt; ſine causâ cudere cauſas,
Aut causâ nummi, Cauſifici vitium eſt.
Cauſidicus contra Juriſtaq́ candidus omnes
Artifici extricat protenus ungve, plicas.
Tu facies pariter, ſi quid tua pectora novi,
Hac, quam nunc calcas, candidiora, nive,

Et

Et quidni facias? blando qui totus amoris
Erga formoſam carperis igne Dicen.
Hinc quoq; in hoc calles ætatis vere, Tuorum
Cum veniâ, ætatis ſcribere de veniâ.

Chriſtian. Waſewitz.

QVod rurſus cathedram conſcendis, & excutis illic
Ætatis veniam, grator amice tibi.
Comprecor ulterius, te mox Themis alma coronet
Doctura ſerto, pro hocce labore tuo.

raptim fundebat
Chriſtoph: Daniel Schneider
Halenſis Saxo

PUblicitùs rurſum dum pulpita docta Lycæi
Conſcendis Salici, *comprecor ipſe* Tibi:
Ut quoq; mox viridi redimitus tempora lauru,
Præclarus Doctor, Juris in arte ſies.

depropetabat
Johannes Georgius Ayrer
è Miſneâ Dresdenſis.

FINIS.